

in palacio existentibus, tunc poni debeant per cancellarios
comunis in uno capello tot brevia quot ibidem erunt fratres
dicte fraternitatis, inter que sint tot brevia scripta quot cani-
parii debeant eligi, in quorum quolibet scribatur: «lector Cani-
5 parii talis fraternitatis», vel notarii, secundum modum consue-
tum et numerum dicte fraternitatis; ita quod si quatuor debent
esse caniparii, octo eligantur, et sic de singulis fraternitatibus.
¶ Et cum aliquis fratrum habueri(n)t aliquem ex brevibus
supradictis scriptis, vadat ad cancellarium et nomet illum
10 quem eligere voluerit, quo nominato cancellarius eum lectorem
et nomen electi statim scribere teneatur, et sic de singulis elec-
toribus, donec omnes fuerint electi. ¶ Et cum fuerint omnes
electi, ballotentur per cancellarios unus contra alium ad pi-
scides cum ballotis, donec pervenerint ad numerum // dictorum 88 B
15 canipariorum qui esse debent, et illi qui optinuerint per ma-
iorem partem illorum fratrum sint firmi caniparii per unum
annum,¹⁾ et habeant cancellarii pro suo salario duos gross.
pro qualibet fraternitate. ¶ Et quicumque fuerit confirmatus
caniparius vel notarius alicuius fraternitatis et acceptaverit
20 dictum offitium, post confirmationem infra octo dies venire
debeat ad presentiam domini potestatis et suorum iudicum
civitatis Tergesti, vel alterius eorum cum potestate, presen-
tibus vicedominis vel altero ipsorum, et dare bonam securi-
tatem de hiis que ad eorum manus pervenerint de bonis fra-
25 ternitatum tam mobilibus quam fixis, in discretione domini
potestatis et iudicum, quam securitatem vicedominus qui pre-
sens fuerit scribere debeat in uno quaterno ad hoc deputato
per ipsum vicedominum, et ipsum quaternum servari debeat
in vicedominaria per vicedominos, et adhibeatur fides scrip-
30 turis ipsius quaterni; et quandocunque quaternus esset neces-
sarius alicui pro aliqua questione, produci possit et debeat
libere coram dominio, aliquo statuto non obstante. ¶ Et si
aliquis eligeret aliquem caniparium in aliqua fraternitate qui
fuerit confirmatus et acceptaret offitium, si ille talis caniparius
35 non haberet unde solvere et respondere de receptis per eum

¹⁾ Aggiunta marginale.